

IOANNIS
GENESIS
SEPVLEDÆ

CORDVBENSIS

Sacrosanctæ Theologiæ Doctoris, Caroli V.
Imperatoris, Historici.

OPERA,
quæ reperi potuerunt
OMNIA.

Quorum elenchum vide lector pagina quinta.

NUNC PRIMVM SINGVLARI STUDIO
in Hispania, Italia, & Gallia ad publicam utilitatem
conquisita, & iam simul in lucem
edita.

Adiectus est copiosus rerum memorabilium index.



COLONIAE AGRIPPINAE,
In Officina Birckmannica, sumptibus Arnoldi Mylij.
ANNO CL. IOCL.

Cum gratia & privilegio Sac. Ces. Maiestatis.

AMPLISSIMO, DO-

CTISSIMOQVE VIRO,

MARCO VELSERO

DVVMVIRO AVGVSTANO

Salutem.



Hilosophandi rationem, vt te omnium
minime fugit, ampliss. ac doctiss. VEL-
SERE, cum ab Hebræis discesseris,
Græci primum tractarunt, post, serius
tamen, Romani Ciceronis ætate, usque
ad Boethium Scuerinum, indeque Ara-
bes eam, vt rerum est omnium vicissitu-
do, cum Mathematicis disciplinis arri-
puerunt, denique in Europam penitus

Philosophia perusit: & quis credat, ab ultimis ferè Septemtrio-
nis oris Lutetiam, indeque porro in Italiā, cum Scholaistica
quam vocant, Theologia, denique in Hispaniam delata est: quæ
gens hodie in his ipsis disciplinis sic regnat, vt, absit verbo
inuidia, familiam ducere, qua subtilitate ingenij, qua laboris
constantia videatur. In his si qui forte iudicio cæteris ante-
celluerunt, Eloquentiam Philosophiae arctissimo vinculo col-
ligatam adiunixerunt: rati quod est, sensa eloqui commodè
non posse, sed rusticè & inquinatè proferre, id demum esse,
vt in Tusculanis disputationibus M. Tullius ait, hominis
intemperanter abutentis & otio & litteris. Evidem duos pre-
cipue gentis huius, parentum memoria, hac in re claruisse ob-
seruanii, ex quo libro tractare cœpi IOANNEM GE-
NESIVM SEPVLVEDAM Cordubensem, cuius
tibi scriptalubens merito offero dedicoque, & SEBASTIA-
NVM FOXIVM MORZILLVM Hispalensem, Bati-
cum utrumque, id est acutum ac disertum. Hunc quidem in
Belgio floruisse memini, familiaritate usum Pet. Nannij, ac Cor-


* 2

nelij

DE VITA SCRIPTISQ.

IOAN. GENESII SEPVLVEDAE CORDVBENSI\$.

Escriptis eius & epistolis collecta.



JOAN. GENESIVS SEPVLVEDA Cordubæ honestis parentibus, antiqua Christianorum apud suos genere natus, Anno Christi opinor cI0. cccc. xc1. puer liberaliter institutus, primisque literis in patria est imbutus, ad quas rapi se natura, genioque videbat. Est autem Corduba vltioris Hispaniae in Bætica, vrbs celebris, & non modo frugum, optimorumque equorum feracissima, sed & ingeniorum parens, & militarium virorum vt astutorum copia felix: in his olim Fernandus Gunfaluus fuit, Dux Regum Catholicorum, qui rerum gestarum gloria Magni cognomentum retulit. Genesius vero, Complutum, Carpetanorum frequentem Academiam, (hodie Alcala de Henares à flumine nominatur,) à parentibus ad uberiorem ingenij cultum, tanquam ad mercatum mittitur: deditque operam in Dialeticis & Physicis Xantho Mirandæ, egregio eius aetatis Philosopho ac Theologo, & acerrimo disputatori, vt solus pæne in scholis regnare putaretur. Decursis iam triennio Philosophiae humanæ spatijs, ad sacram illam Icientiarum dominam, animum conuertit, vt Ecclesiæ Dei vtilem nauare operam posset. Nè vero parentibus oneri amplius esset, vacaretque Bononiæ alumnis Hispaniae locus, eò se non inuitus Sepulueda contulit, quo vt Philosophie, sic & Theologiae culmen superare, Deo bene iuuante, aliquando posset. Cuius de Collegij Bononiensis fundatoris, Aegidij Carilli Albornotij vita, rebusque domi, militiae gestis, Latinè & eleganter, rogatus à sodalibus, eò postea scripsit libentius, quo grati animi testificationem apud posteros exstare cupiebat ardentius. Adiecit & Collegij illius Hispaniensis originem, doctosque homines recenset, qui ad eum di-

em, tan-

RERVM GESTARVM.
ÆGIDIII ALBORNOTII
CARILLI, CONCHENSIS.

S. R. E. CARDINALIS ET
ARCHIEPISCOPI TOLETANI,
DVCIS CLARISSIMI
LIBRI TRES.

In quibus, qua ratione tyrannica oppressam seruitute ITALIA.
AM in libertatem afferuit, Ecclesia q̄ restituit, & Ponti-
fices. Auenione velut exulantes, ROMAM
reduxit, legisse opera precium
fuerit.

A IOANNE GENESIO SEPULVEDA
CORDUBENSI conscripti.

LIBER PRIMUS.

Natus ac-
gidij Albor-
notij.



EGIDIUS ALBORNOTIVS natione Hispanus, patria Conchensis, ex clarissima Albornotiorum familia, patrem habuit Garciam Aluanum Albornotium principem virum, & multis populis dominantem, qui genus ab Alfonso quinto Legionensium Rege perpetua stemnatis claritate iepetebat. Matrem Teresiam de Luna, quæ cadé summo loco nata genus ducebat à Iaimo seu Iacobo, rege Arragonum. Is cum iam inde ab ineuntibus annis literarum studio deditus, magna futuri profectus præbuisset documenta, ætate adultior in Tolosanum, florentissimum id temporis gymnasium, à patre, optima spe concepta,mittitur. Vbi ingenij felicitate, pertinaci erga literas studio, eo procel sit cruditionis, ut breui inter pauos iuris pontificij peritissimos, nec extremo loco numeraretur, quam doctrinam cum eximia morū sanctitate & singulari religionis obseruantia illustrasset, in patriam reuocatus natusq; familiaritatem Alfonsi Castellorum Regis, qui Algerias urbes & quondam nobilissimas haud procul sitas à freto Herculeo à Mauris recepit, summis virtutibus hominum de se vicit opinionem:

Res.